



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Dominica 3. post Pascha S. Raphaël Archangelus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Domin. III. post Pascha. S. Raph. Arch. 319  
cationem & sensuum probemus. Amor,  
& gratitudo id jubent.

Festum S. Raphaëlis Archangeli, Medici in salutem animarum  
à Deo designati.

### EXHORTATIUNCULA I.

Fili! éstne, quod toleramus, & patimur? Et cui alleviando Deus non providit Clementissimus? est homo ens quoddam meris compactum infirmitatibus. Ne succumberet, etiam cœlestem submisit Medicum, S. Raphaëlem Archangelem. Ah! Quām bonum habemus in cœlo Patrem! Non simus ergò filii diffidentiæ!

### Inſtruçio meritoria.

Ut clientes nos hodie commendemus plenissimè S. Raphaëlis custodiæ, orantes psalmum pro gratiarum actione:  
*Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intrâ me sunt &c.* jungamus quoque novem actus patientiæ. O fili! debitores sumus pro tali medico!

O 4

II.O

## II.

**O** Quanta Dei magnalia in S. Raphaëlo Archangelo! Cæco lumen redidit, Saram à dæmone liberavit, Tobiam reduxit cum salute ad propria. Et hæc ò qualia amoris specimina! Fili! S. Raphaëli adhæreamus! Scimus experientiâ, quot, & quantæ necessitates nostræ! Nil sustinebimus contrarii, quamdiu sub cura, & amore hujus divini Medicî.

*Instructio meritoria.*

Multi sedent in tenebris, & in umbra mortis. Quid agit charitas nostra, quòd non succurrat? S. Raphaëlem in auxilium cum cæteris Angelis, & recitantes ter novem Pater & Ave cum Cantico: *Benedictus Dominus Deus Israël!* Miseros omnes curæ, & protectioni Angelicæ commendemus quād ardenterissimè. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

## III.

**C** Essemus tristari, dilecte mi! Hodie dies est lætitiae! Hodie festum Archangeli Tobiam hisce consolantis:

Gau.

*Gaudium tibi sit semper! Forti animo  
es! In proximo enim est, ut à Deo  
cureris. O felix nuntium! Recedant  
tristia! Fugiant desolatoria. Sit spes  
nostra in Deo, & SS. Angelis firmis-  
sima! Sunt hi ubique nobiscum: & tri-  
sticiā vincimur? Quæ hæc Dei incuria?*

*Instructio meritoria.*

Gaudeamus hodie specialiter de  
Præsentia Dei, & de illo tam in-  
signi amoris beneficiō, quō tot Ange-  
los ad nostram voluit deputatos custo-  
diam, dicamūsque *Té Deum Laudamus*  
*cum Lytaniis de omnibus Sanctis An-*  
*gelis.* Neque unquam nobis transeat  
dies, ubi non sanctos Archangelos sta-  
tim à manè per quatuor *Ave* invitaveri-  
mus ad nostram, quæ per diem immi-  
net, pugnam periculosisimam. Spes  
optima Victoriæ, ubi tot nobis de cœlo  
submissæ assistunt Custodiæ. Ebullit  
sanguis in corpore militis ad conspectum  
sui ducis ad prælia adhortantis. Quid  
nos ad monita Dei, & Angelicæ custo-  
diæ suaviter ad palmam invitantis?

O 5 MA-